



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 18. Dissidia inter Papam & Venetorum Rempubicam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

nitus dirempta credebatur: quapropter sec. XVIII.
 Alemannus Sedis Apostolicæ Nuntius A. C. 1734.
 Curiam suæ Nuntiaturæ aperuit, cum-
 que se morti proximum cerneret, us-
 que ad adventum novi Nuntii vices suas
 Auditori suo demandavit: Obiit etiam
 paulopost Madriti Mense Aprili Ale-
 mannus annos natus quinquaginta sex:
 quoniam vero pro Ludovico Infante
 nondum advenerant petitæ dispensa-
 tionis literæ, hinc Regina denuo Nun-
 tiaturæ Curiam occludi jussit. Ubi au-
 tem ejus votis a Papa plene satisfactum
 erat, non modo libera Nuntiaturæ mu-
 nus exercendi facultas est data, sed e-
 tiam Rex Regio diplomate rationes ex-
 posuit, ob quas Investitutam in Par-
 mensem & Placentinum Ducatus con-
 cedendi Jus soli Sedi Apostolicæ com-
 petat. Vicissim vero ad ornandum Apo-
 stolicum Collegium Pontifex Ludovi-
 cum Regium Principem anno sequenti
 Purpura decoravit, uti postea refe-
 remus.

§. XVIII.

*Dissidia inter Papam & Venetorum
Rempubicam.*

Jam anno priori Papam inter & Ve-
 netos levis oriebatur contentio;
 cum enim Padus fluvius non raro extra
 alveum

Sæc. XVIII.

A. C. 1734.

alveum effusus, Bononienses can-
 & segetes vastaret, Pontifex incol-
 incolunitati prospecturus, rapidi-
 lius cursum opposito aggere alio-
 avertere & coercere curavit. Inde
 suis agris ingens damnum acci-
 querebantur Veneti. Nominantur
 tur utrinque Deputati rerum peti-
 quorum sententia hæc lis cum ut-
 que partis satisfactione composita
 Gravioris dissidii argumentum est
 pulare iurgium; cum enim Romæ
 pervigilio S. Antonii Patavini
 pro more Romani Gubernatoris
 ritores, quos *Sbiros* vocant, prop-
 neti Oratoris Palatium obambulant
 obviam habuere quosdam præfati
 toris famulos. Mox inter eos
 oritur contentio; iurgantium ira
 bis ad manus pervenit, exomet
 utrinque sclopi, stringuntur gla-
 tres ex Venetis, unusque ex Pat-
 tellitibus trucidantur: Hoc factum
 gravem sibi quoque injuriam fuisse
 latam querebatur Zaccharias
 Venetæ Reipublicæ Orator, qui ob
 satisfactionem respuens, rem
 ad Senatum defert, cujus ex sen-
 Orator illico Roma Venetias
 & Nuntius Apostolicus e Venetia
 ne excedere jubetur. Porro ut res
 que fat perturbatæ ad pristinam

erentur concordiam, defudatur plurimum, ac ipsemet Ludovicus XV. Galliarum Rex per suum Legatum Romæ perutilem navat operam, seque pacis arbitrum offert. Proponuntur variæ, pluresque reconciliationis conditiones, quas tamen omnes Pontifex rejecit, & ad manifestandam rei veritatem in ipsum hoc factum, factique originem auditis utrinque testibus inquisivit, cunctasque depositiones sedulo ad acta redigi iussit, quibus iterum iterumque discussis patuit, causæ æquitatem pro Papa pugnare; quocirca hic nulla mora præcepit, ut Stampæ Nuntius Apostolicus Venetias rediret, quod & factum est, præsertim Angelo Maria Quirinio tam prospero successu Venetos placante, ut haud amplius de hac molesta querela utrinque disceptaretur, ac ipsa etiam respublica revocato suo Oratore Aloysium Morosinum Romam Legatum decerneret.

§. XIX.

Lucernensium contentio cum summo Pontifice.

Præterfluxerat integrum decennium, ex quo ob varia delicta quidam nomine *Delnegris* per Lucernensis Magistr-

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.